



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Trebellii Pollionis Valerianus Junior.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

sunt. Unum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus. ¹ Bactriani, & Albani, & 7 Tauroscythæ Saporis literas non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, Odenatus Palmyrenus, collecto exercitu rem Romanam prope in pristinum statum reddidit. Cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris chariores habent reges Parthici, concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor, timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyus se recepit. Atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, nunc ad Valerianum minorem revertar.

SALMASIUS.

¹ Bactriani & Hiberi.] Bactriani Pal.

Bακτριῶν & Βακτριῶν dicuntur: atque inde Bactrani, & Bactriani.

TREBELLII POLLIONIS
VALERIANUS JUNIOR.

VALERIANUS JUNIOR alia quam Gallienus matre genitus, forma conspicuus, verecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus perjurcundus, ² atque ³ à fratris dissolutione sejunctis, ⁴ à patre absente Cæsar est appellatus, à fratre (ut Celestinus dicit) Augustus. nihil habet prædicabile in vita nisi quod est nobiliter natus, educatus optime, & miser-

CASAUBONUS.

TREBELLII POLLIONIS.] Inducendus hic titulus: pars enim est ejusdem libri.

³ A fratris dissolutione sejunctis.] Nempe moribus, sed scripti, sejunctus.

⁴ A patre absente Cæsar est app.] Quid si absens.

GRUTERUS.

² Atque à fratris dissolutione sejunctis.] Palatinus noster accedit libris in quibus, sejunctus.

⁴ A patre absente Cæsar est appellatus.] Sic & Pal. nemo tamen videt requirere formulam loquendi à patre absens Cæsar, &c.

M 4 I Valeriani.

ferabiliter interemptus. Et quoniam scio errare ple-
rosque qui ¹ Valeriani imperatoris titulum in sepul-
chro legentes, illius Valeriani redditum putant cor-
pus, qui à Persis est captus: ne ullus error obrepat, mit-
tendum in literas censui, hunc Valerianum circa Me-
diolanum sepultum, addito titulo, Claudii jussu, VA-
LERIANUS IMPERATOR. Non puto plus aliquid vel
de majore Valeriano, vel de juniore requirendum.
Et quoniam vereor ne modum voluminis transeam,
si Gallienum Valeriani filium, de quo jam nobis mul-
tus sermo fuit; ² vel Sallonium filium etiam Gallieni,
qui & Gallienus dictus est, huic libro adjungam, ³ ad
aliud volumen transeam. ⁴ Semper enim me vobis de-
didi & famæ, cui negare nihil debeo neque possum.

CASAUBONUS.

¹ Valeriani titulum in sepulchro legen-
tes.] De hoc pluribus auctor, libro
sequente.

³ Ad aliud volumen transeam.] Pro
transeam sic redeam pro redibo, apud
Capitolinum & Ammianum.

⁴ Semper enim me vobis dedidi & fa-
mæ c.] Reg. me vobis dedi, & famæ, cui
negare nihil possum. Sed quod ante dixi-
mus, integrum librum prout habetur
in antiquis exemplaribus hic visum
describere. Nam & Angelus Poli-

tianus olim in ora libri sui penitus
eandem scriptionis diversitatem ad-
notaverat. Sic igitur membranæ, nul-
lius auctoris nomine adscripto: quæ
causâ est, cur Julio Capitolino qui
libros præcedentes scripsit, hunc
quoque nonnulli adscribant: ut de
Roberto Bononiensi ante retulimus.

GRUTERUS.

² Vel Sallonium filium.] Ita Palati-
nus, neque aliter vocatur infra libro
suo peculiari, vulgati tamen Salloni-
um.

D E

VALERIANO IMPERATORE.

VALERIANUS inter hæc in Retia existens ab exercitu Augustus
est appellatus, volente populo ac senatu gaudente. Fuit enim
vir nobilis scientia ac eloquentia clarus: qui per multas dignita-
tes ac officia remp. nobilissime administravit. Fuit enim prætor insignis,
censor æquissimus. Post adeptum principatum in dispositione ducum &
magistratum, nemo justior, nemo melior. Quo tempore Roma Galie-
nus filius ejus à populo Caesar est appellatus. Valerianus igitur cum in-
genti exercitu profectorem paravit in Persas, relicto, ut plerique asserunt,
Roma filio Galieno. Denique Valerianus regnum Persarum potenter inva-
dens